



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De dotibus electorum post resurrectionem, cap. 56.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Dum sanctæ recordationis dominus Dauid monachus Claustrensis adhuc esset in corpore, sæpe sedens in labore, in ipsum globu solarem irreuerberatis oculis, ad instar aquilæ, respexit. Huius rei testes sunt seniores nostri, qui ea, quæ dicta sunt, sæpius viderunt. Si enim Deus tantam virtutem tribuit oculis infirmis, quid hoc miraris de oculis glorificatis? APOLLONIUS: Dic quæso, quæ erit gloria corporum, vel quæ gloria animarum? CÆSARIVS: Vtriusque hominis gloria nobis inexplicabilis est.

In nouissimo die, ut dicit Apostolus, omnes resur- De dotti- gemus, sed non omnes immutabimur, soli electi bus bea- immutabuntur, per glorificationem vtriusque ho- torum. minis. Gloria corporis consistit in quatuor dotibus, 1. Cor. 15 id est, in subtilitate, claritate, immortalitate, agilita- Corpore. te. Quatuor erunt dotes corporis, ut omnis eius natu- rum. ra glorificetur: corpus constat ex quatuor cōplexio- nibus, id est sanguine, cholera, melancholia, flegma- te, quæ cum quatuor elementis concordant: sanguis concordat cum aëre, cholera cum igne, melancholia cum terra, flegma cum aqua. Est adhuc alia horum cū etatibus & temporibus concordantia, quæ huic loco non est necessaria. Quiquid enim corpus humanum habet de aëre, transibit in subtilitatem; quod de igne, in claritatem; quod de terra, in immortalitatem; quod de aqua, in agilitatem. De his quatuor dotibus scriptū est: Fulgebunt justi, & tanquam scintillæ, in arundine- to discurrent. Fulgebunt, ecce claritas, & tanquam scin- tillæ, ecce subtilitas, nihil subtilius scintilla, in arudi- peto discurrent, ecce agilitas, discursus agilitatē ex- primit. Per hoc quod sequitur: Et regnabunt in æter- nū, exprimitur immortalitas vel impassibilitas. Dotes Anima- verò animæ sunt, agnitus, dilectio, fructus: anima bea- rume. ta Deū agnoscat, agnitus diligit, fruetur dilecto. Post resurrectionē generalē, septenarius iste trinitati per- sonarū jungetur, & felix tunc ille denarius, electis re- promissus, perficietur. Erit tamen in dispari claritate,

Sap. 3.

Mat. 20.

August. par gaudium, vt ait Aug. quod non est intelligendum
l. 22. de ciuitate de affectione cordium, sed de rebus, de quibus gaude-
 tur, vnuſquisque ibi gaudebit de gloria alterius. Quod
Dei. 30. dotes debeant inæquales esse, dicit Apostolus; Sicut,
 inquit, stella à stella differt in claritate, ita erit & re-
 surrecio mortuorum. *A POLLONIVS:* De die judicii
Mat. 20. velle nunc aliquid certificari. CÆSAR. De die il-
1. Thes. 5. lo nemo scit, quia dies Domini sicut fur in nocte, id
 est inopinatè & improuisè, ita veniet. *A POLLONIVS:*
 Vbi erit judicium? CAESARIUS. Super vallem Iosa-
 phat in aëre. APOLLONIVS: Quot erunt ordines in
 judicio? CAESAR. Quatuor, quidam, vt summè boni,
 judicabunt & saluabuntur; summè mali, sine iudicio
 damnabuntur; mediocriter boni judicabuntur, & sal-
 uabuntur, mediocriter mali judicabuntur, & damnabun-
 tur. APOLLONIVS: In qua forma apparebit Christus?
 CAESAR. In forma servi omnibus apparebit,
 sed glorificata. APOLLON. Exhibebit omnibus eun-
 dem vultum? CAESAR. Non, bonis apparebit mitis,
 malis terribilis: hoc tibi ostendam per exemplum.

CAPUT LVII.

Circa hoc biennium sacerdos quidam mortuus
 est in Briseke villa diœcesis Coloniensis, de or-
 dine templariorum, nomine Einolphus, vir sa-
 tis religiosus. Quia de illo dicturus sum, ipse mihi ore
 suo, non semel, sed sapienter recitauit. Cum adhuc puer
 esset in domo materteræ suæ, infirmatus, sacram co-
 munionem suscepit: & cum se inungi peteret, quibus
 dam dissidentibus, dilatum est, sicque sine eodem
 sacramento expirauit. Adiuit & angelus Demini, qui
 dixit: Male actum est cum puer isto, eo quod sine
 sacra inunctione obierit, & inunxit eum, iam tamen
 anima egrediente. Egressam vero diuino vultui pre-
 sentauit, quem vultum puer quasi per velamen con-
 templabatur, eiique severus valde videbatur. Et ec-
 ce mox diabolus adsuit, qui cum puerum accusa-
 re vellet, nec causam inueniret, ait ad Deum: Do-
 mine, puer iste obulem germano suo furabatur, nec
 unquam inde egit penitentiam: justus es, & justis
 judis